

animam significationem comprehendit, in  
quies: Esto domus ipsius, & erit domus tua  
habitet in te, & tu habitabis in eo.

8. Pro aliquo  $\pi\tilde{s}$  vel habitaculo an-  
gelorum & beatorum animarum  
distincto à  $\pi\tilde{s}$  damnatorum (magis enim  
hinc est inter sinum abrahae & infernam)  
& dicitur communiter coelum beato-  
rum: quod ubi sit, quale & quantum, &  
quia scriptura tacet, pius etiam quivis tace-  
re debet, quum oculus non viderit, auris non  
audierit, nec in cor hominis ascenderit &  
interim dati aliquod  $\pi\tilde{s}$ , ubi congregentur  
beatae mentes, in confesso est & concesso apud  
omnes.

9. Pro coelesti statu, felicitate, letitia  
vel eternâ vita beatorum. Dicitur alijs coe-  
lum spirituale, mysticum & glorio-  
sum, ut Matth. 13, 35. dicuntur angeli, quan-  
do nobiscum in terris versantur, in caelis esse  
& faciem patris videre. Hoc spectat illud  
Luc. 17. Regnum Dei intra vos & est in vobis  
est. Sic Eph. 6, 12. dicuntur fideles in supercoe-  
lestibus constituti (etiam dum in mundo sunt)